

REVERENDISSIMO
ET
CELSISSIMO
S. R. I. PRINCIPI
^{AC}
DOMINO
D. FRANCISCO
CHRISTOPHORO
DEI GRATIA
EPISCOPO SPIRENSI,
S. R. I.
PRINCIPI
ECCLESIAE PRINCIPALIS WEISSENBURGENSIS
PRÆPOSITO &c. &c.
*PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.*

REVERENDISSIME
AC
CELSISSIONE
PRINCEPS
DOMINE, DOMINE
CLEMENTISSIME.

Soles Sapientissimus Præsul sophis, Me-
cenas literatis, Pater patriæ Tuis fa-
vere, facilèmque præbere aditum. Hac
provocatus magni animi Tui principali
munificentia, cùm thesum mearum lu-
cubrationisque præsentis patronum cir-
cumspicerem, ausus sum sublimi solio Tuo cum qua-
dam, ut ita dicam, confidentia propriùs adrepere, te-
nuésque pagellas velut pietatis submisissimæ, obsequiū-
que debitum pignus, sacratis digitis Tuis inserere.
Neque, quo minus eas Tibi consecrarem, exiguitate
operis deterrebar : suum enim oceano vèstigal non
profuentes duntaxat, nobilésque amnes, sed exilia
etiam flumina & rivuli pensitant. Quamquam utcun-
que

que leve sit molecula suā, quod dedico, opusculum
subque apparatu humile ac obscurum; rei tamen,
quam tractat, magnitudine dignum est magno Præsu-
le munus, argumento nonnisi summis præsulibus digno
exilitatem paginæ illustrante. Nec, quod minima
sint, quæ habeo, Tibi minus debere me intelligo, con-
ditionis vitæque meæ rationibus arctissimè Tibi obstri-
ctum. De Summo SACERDOTE CHRISTO
Dissertatio agit; & cui potius illam dicarem, cuius
auspiciis tutiùs, cuius insignita nomine triumpharet illu-
striùs, quam Tuo, REVERENDISSIME ac
CELSISSIME PRINCEPS! qui ipse ma-
gnus in terris CHRISTI SACERDOS admirabili
exardescis zelo, ut velis, summâque polles autoritate,
ut possis summi SACERDOTIS gloriam tueri;
qui ut summi Sacerdotii vindices educes quam pluri-
mos, erigis studia subditorum Tuorum, quia per illa
maxime se placere Tibi intelligunt; vocatōsque in for-
tem Domini, & sanctissimo Sacerdotio unctos peculiari
curâ complecteris, beneficiis auges perennibus, atque
æternis amplificas. Me verò cùm acrius intimiusque in-
spicerem; præterquam quod mea hæc voluntas & vota
forent,

forent, ad Te ut accederem, omnino compellebar, grati
officio animi stimulante. Eum, a quo vitam hausi,
principalibus obsequiis Tuis adhibitum adultumque,
per plurimum jam annorum decursum munificentissime
sustentas & foves, ut &, quod melius viverem, Tibi
in stirpe surculum enutrienti deberem. Adultiorem me
Tuorum in numero Alumnorum Clientumque clemen-
tissime habitum principali Tua beneficentia ita profe-
cutus es, ut patefacto per Te morum optimorum &
Sacrae eruditionis studio, necessariis, quae eo conduce-
rent, subsidiis adjutus, ad Sacra idoneus munia for-
marer atque evaderem. Paucis: quam Tibi ex aequo
atque uni in terris hos laborum meorum fructus, te-
nuemque de summo **CHRISTI** Sacerdotio lucubratio-
nem consecrari oporteat, nulla aliud re ad demonstran-
dum est opus, nisi ut dicatur, quod magnus sis **SACERDOS**,
& Princeps, & talis, totque titulis
meus; ego vicissim re ac nomine non uno Tuus. Di-

A 3

gnare

gnare itaque devotissimum hoc , quod Celsissimo solio Tuō
adolutus humillime depono, debiti affectus & erga Te
officii vestigal gratioſo annutu meis ē manibus fufci-
pere, Tuō me favore clementiāque protegere porro,
ūtque in sacris Diæceseos Tuæ obsequiis adolescere &
conſenſcere liceat, benignissimè annuere. Principa-
lium favorum in perpetuum memor ardentissimis à Cælo
Votis id nullo non tempore evincere contendam, ut
carissimam vitam Tuam longā annorum serie, uberē-
que benedictionum cœlestium accessione auctam orna-
tamque, Ecclesiæ, Patriæ, bonis omnibus, mihi,
quām diutissimè tueatur. Ita voveo

REVERENDISSIMÆ CELSITUDNIS TUÆ

Servus ac Cliens infimus.

BERNARDUS ALTH.